

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Cobabus Henricus Dethardingius

Exercitatio Ethica De Summo Bono

Rostochii: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217124>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1650
Michael Cobanus-
Kinnich Demandring



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730217124/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217124/phys_0002)

DFG

EXERCITATIO ETHICA
DE
SUMMO BONO,

Quam
DIVINO ADSPIRANTE NUMINE

Cum
Consensu Amplissimae Facultatis Philosophicae
in inclytâ ad Varnum Academiâ

Sub
P.RÆSIDIO
VIRI Pereximii, Clarissimi atque Doctissimi

D N. M. MICHAELIS COBABI

Rectoris Scholæ Rostochiensis particularis longè dignissimi,

Præceptoris, Fautoris ac Promotoris sui plurimum
honorandi,

*Publicæ Eruditorum ventilationi subjicit
ac pro virili defendet*

d. 20. Nov.

HENRICUS DETHARDINGIUS

Eiderstädâ - Holf.

Autor & Respondens.



ROSTOCHII

*Typis Johannis Richelii Senat. Typographi
Anno c. 1715 L.*

Wij gheven u eenen daerlyc
Op. dat die conuenientie van den dage
Sij heretius ghe steltte dat die hale enige
wij hie dichter te haen op den dage dat
gheplene effecte hengt, wien dat dan d' drie
daen lichen
Wij haen den dichter alreley den
dichter. D' dichter haert den dichter
die dichter. De dichter dichter dichter
Die dichter dichter dichter dichter

Qui virtute carent, animata causa vera iure
Dixeris; ut vivas, vivere disce prius!
Hisce Domino Respondenti
gratulatur
P R A E S E S.

Quin detestor, aīs, vanæ crepitacula laudis,
In geniiq; meo metior arva pede.
Fallor, an hæc laudis crepitacula buccina fient?
Laus, landis major quò fuga, major adiſc.

S A M U E L T H E O D O R I .

DE summo sic perge bono feliciter, utq;
Capisti, summa ad tendere perge bona!
Hnc decus eximum, & summa fastigia laudis
succrescant, serio, dulcis Amice, precor.
Huic patria applaudat, laudent conamina amici,
Hæc charis eje Spes Genitoris alit.
Nec frustra: siquidem (nisi me sententia fallit)
Deproperat laurum Phœbus Apollo tibi.

Hisce Doctissimi Dni. Respondentis popularis &
amici mei charissimi conatibus applaudebam
LUDOVICUS P E T R A E U S.

Longius, & forsitan paulò meliore paratu
Eloqvij, fueram præmeditatus epos;
Dum,

Dum, quid, Amice, Bonum sit summum, & splendida
Virtus,

Henrice, egregia non sine laude doces;
Verum præcedit numeros angustia chartæ,

Jussit & exiguis claudere verba modis.
Maecte tui in genii præclaris dotibus esto!

Maecta labore tuo! Te manet amplius honor,
deproperab.

ELIAS THEODORI

Eiderstadi-Holsatus.

Q Ueis Res parva domi, quibus est Fortuna noverca,
Obstitit haud paucis, Virtutis carpere fructus;
Ast gravius multò, quibus est ignavia cordi;
Hos etenim Virtutis honos, laus, gloria vitant.
Assatas cupiant quamvis (mihi crede) columbas
Et semper sperent, inopes tamen usque manebunt.
Ast si subsidii pauxillum contigit illis,
Culmina Virtutis scandunt felicius alta.
Maecte igitur Juvenis animo, tibi fervida cura,
In Musas, quæ te dotabunt non sine dote.
Certa, certando tu vinces; omnia vincit
Affidius labor; & verè te ferta manebunt,

Ita Viro Juveni Pereximio, simul ac Doctissimo Dno
Henrico Detbardingio Contubernali suo cha-
risimo de summo Bono disputanti gratula-
batur

HERMANNUS DRALLE

Bützå-Lunenburgicus.



Thesis I.

Titulum nostræ Disputationis constituimus DE
SUMMO BONO, sc. Philosophico-morali, ut ex illius po-
mario excludatur Summum Bonum Theologicum, & Philo-
sophico-Contemplativum, tanguam instituti nostri *επεγγένεσις*: Sicuti
enim in omni doctrinâ certum, proprium & adaequatum tractatio-
nis ponendum est *τὸ καίριον*, à quo ne latum quidem ungvem re-
cedas oportet, ita nec illud subiectum contineat, quæ diversi sunt
generis, nisi μεταβάσις εἰς αλλού *πρόσθια* committere velis: *Επεγγένεσις*
autem esse Bonum Theologicum & Philosophico-Contemplativum,
& Bonum practicum seu morale, patet exinde, quia Bonum Theolo-
gicum humanis viribus non potest comparari: hinc etiam respectu
infirmitatis nostræ vocatur *Improportionatum*: Practicum vero Bo-
num supra valentiam humanam non est positum, sed assiduâ industria
& continuâ actione ex virtute prodeunte potest (licet difficulter) ob-
tineri, quod propterea à Philosophis vocari consuevit *Proportiona-
tum*. Et cum Bonum Philosophico-Contemplativum & practicum
oppositè differant; illud enim *εἰς τέλος*, hoc v. *εἰς περίεξον* consistit;
illud est functio animæ rationalis secundum perfectam virtutem
ἀγρογήκτων; hoc est functio animi secundum perfectam virtutem
τηλείκτων; sequitur ὁ Φιλόλυτος Φανερώς, Bona illa diversi esse generis, &
proinde unius, ejusdemq; subiecti rationem non ingredi: Si quis
autem huic thesi nostræ vim intentare, jugulumq; petere conatur,
objiciens nobis autoritatem Aristotelis, qui in Ethicis consideratio-
nem Boni non Ethici, sed Theoretici suscepit, ut liquidum est ex lib.
10. Nicom. habemus, quid ipsi respondeamus: Quando itaque Ari-
stoteles in libro allegato considerat Bonum theoreticum, non id facit
per

per modum præcepti, sed commentarii: etiam enim juxta se posita
magis elucescunt, & unum contrarium ut recte intelligatur, nihil
prohibet, quo minus & alterum non doctrinæ, sed illustrationis gratia
evolvatur, & sic prolixè largimur, salvâ nostrâ thesi, etiam
Algor. v. Boni Philosophico-Theoretici ad Ethicam pertinere; sc.
non directe, sed oblique.

Th. II.

Sic vindicato titulo ab æquivocatione, quæ non observata men-
tes hominum in errores solet deducere, juxta tritum illud:

Errorum genitrix est Æquivocatio semper,
& certo tractationis sujepto determinato, rem ipsam nunc aggredi-
mur: Ne autem Disputatio nostra frustra videatur suscepta, queri-
mus hic, An detur aliquod summum Bonum in hac vita? seu quod
idem est; Num homo hac in vita possit esse beatus; *civiliter* sc.;
Sunt qui negativam tuentur sententiam; sed hi tantum suis rationi-
bus probant, non, quod non detur summum Bonum, sed quod vix,
obscurum, cum difficultate, nec omni ex parte perfectum inveniri
possit: Rationes illorum vide apud Piccol. grad. 9. c. 4. Ideoq; ut
rem ipsam attingamus, respondeamus nos ad propositam quæstio-
nem, affirmando: Quia datur finis omnium actionum humanarum,
& fieri non potest, quin aliquis actiones suas ad certum aliquem finem
dirigat, nisi velit in infinitum procedere: videatur Aristoteles lib. 1.
Nicom. c. 1. & 2. ubi sic loquitur: Πάντες τέραν νοῦ πάντα μέσοδο
ἀφίσις ἐπεξειγόντες ἀρετὴν τὸν ἔθελην δοκεῖ:
& paulo post: Εἰ δῆτα τὰ λόγια ἐστὶ τὸν περιγιᾶν, ὅτι αὐτὸς τὸ μέσον,
τὸ ἄρετον ἐπεξειγόντες τὸν μὲν μίκτα δι' ἑταῖρον αἰρέπειται (περισσότερον τὸ
ἄρετον γένεται ἀνεπορεύεται, ὡς εἴ τις καλῶν νομίζει τὸν ἄρετον) διλογεῖται
τοτε τὸν τετραγωνὸν, νοῦ τὸν ἄρετον: Horum verborum sensum do-
cte satis exprimit Horneijus (εἰ τὸ μηνυμόσουν τὸν ἀλογίαν) lib. 1. c. 3.
§. 8. Esse ex omnibus bonis, quæ in hac vita obtinere nobis pos-
sunt unum aliquod summum, necesse est: Cum enim non tantum
omnis actio cum ratione suscepta propter finem sit, sed etiam finium
illorum unus propter alterum, oportet, ut in uno tandem omnia
studia & actiones nostræ desinuant, quod sit finis, omnium, i.e. ad
quod

quod omnia referantur cætera, ipsum autem alio nusquam, nisi in infinitum abeat, frustraq; nobis natura indidisset boni appetitum, nihil enim esset, in quo ille acquiesceret. Notetur autem discrimin inter summi B. *essentiam & ejus adeptionem*: priori ratione dicimus, illud dari, quia secundum ideam consideratum potest definiri: quodcunque autem definitur, illud & esse necesse est; nam non Entis nullæ sunt affectiones: posteriori ratione non negamus, difficulter illud posse inveniri; Consule hâc de re prolixius disputantem Piccol. gr. 9. c. 4. s. & 6.

Th. III.

Evi^ctum igitur deditis, dari summum BONUM, seu summum aliquem Finem, in quo appetitus noster terminatur, & aquiescit; nunc ut tandem in hujus boni cognitionem eō felicitis provehamur, strictim ac modice praelibandæ sunt in antecessum tum illius *appellations*; Decantatissimum enim est in scholâ Philosophorum: *Ab intelligentiâ verborum dependet intelligentiarerum*, & δέκτη ταύταις ονειριστικής εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων: tum illius *Proprietates*: Proprietatum enim natura est discriminare ea, quæ qua esse sibi invicem non convenient; proinde & illarum *consideratio præprinisi* est necessaria.

Th. IV.

Appellationes summi Boni quod concernit dicitur illud *Grecie* Εὐ^cα^{τία}, à benè vivendo, quia reddit ac efficit vitam bonam ac honoratam, quod εὐ^dημονία: Alii vocant εὐ^rυχία, bonam fortunam, non quod ab illâ dependet, sed quod commode illâ carete nequit, & quoniam optima τυγχάνει, accidunt vel contingunt ei, qui bono hoc instructus est, vide Meisnerum in dissertatione de Summo Bono c. i. q. 6. Aliis aliter: sic appellari consuevit εὐ^dαπορία δοκίμης εὐ^dαπορία, quod est benè agere: ἀρετὴ, ἀπεργία, μαρτυρία. Circa ultimam vocem notetur ejus derivatio: Solent Philologi vocem μαρτυρία deducere δοκίμης μαλιστερούς καιρούς, à maximè gaudendo, quibus Piccolomineus cum Priscis adstipulatur. Quanquam autem hoc nomen μαρτυρία DEO propriè comperat, qui solus audi^cquaque beatus & latus est, hominibus vero magis εὐ^dαπορία,

A 2

tamen,

tamen, quia quilibet, adeptus bonum aliquod, lætatur & gaudet, ho-
minibus quoque attribui non est inconveniens. Latini nuncupant
summum Bonum, Felicitatem, Beatitudinem, Finem hominis, Beatae
vitam sc. Civilem.

Tb. V.

Περὶ οὐρανοῦ seu Proprietates S. B. alii numerant 12. alii 8. alii
plures; nos facimus cum illis qui numerum octonarium retinent,
haud immemores illius πλευρῆς: *Entia præter necessitatem non
sunt multiplicanda.* Summum bonum itaque est & esse debet.
(α) *διὰ τὸ ἀγαθὸν propter se experibile:* quomodo enim posset sa-
lutari summum bonum, nisi propter se esset experibile, & si alterius
causa quæreretur: nam quocunque propter aliud appetitur, illud
eo, quod fine ultimato appetitur, est inferius, & si inferius, superius
quoddam supra se dicit. **(β)** *Αὐτοὶ γένεσι, seipso contentum:* Non
enim quærer extra se bonum aliud, licet alii tanquam ministrantibus
& organicis opus habeat; videatur Meissnerus in Diss. de S. B. q. 7.
p. m. 88. ubi hunc in modum differit. Si externo alio, bono sum-
num bonum egeret ad suam intrinsecam perfectionem, summum & per-
fectissimum non esset: *αὐτόμονος enim certa est perfectionis nota;* si qui-
dem omne Ens tūm perfectum est, cum seipso contentum, sibi, est omnia:
Hinc D E U S; quia nullo indiget & *αὐτοὶ γένεσι* est, hoc ipso perfectissi-
mus merito censetur. **(γ)** *Περὶ τοῦ Agibile:* quicquid enim Hominis
studio & labore comparatur illud est *περὶ τοῦ κατηγορίου αὐτόπτω.*
Atqui S. B. est tale: Hinc recte Veteres: *μοχθεῖς ἀνάγκης θέ-
λοντας δὲ τοχεῖν,* Labore opus est, si homines beati velint effici. **(δ)**
Οἰνῶν ἀγαθόν, Bonum proprium & domesticum; non enim ab aliis de-
pendet, sed est in nostrā potestate; quocirca per se istud & sub labo-
re quilibet sibi potest comparare, & acquisito pro lubitu suo frui, uti-
que. **(ε)** *Κοινωνικὸν sui communicativum:* nam quo præstantius,
eo latius se diffundit. **(ζ)** *δυοι φαιγέτον,* difficulter mobile: Constan-
tia enim & immobilitas naturam rei perfectam arguunt, cum itaque
summum bonum perfectissimae est naturæ, in suo genere sc. confide-
ratum, sequitur, quod etiam debeat esse constans & immobile, adeo,

ut



ut bonum virum firmiter consistere seu τέλειων faciat. (γ)
Non est Dormientis & otiosi. (δ) μη διανον non violentum: Per vi-
olentum hic intelligim⁹ vim & fraudes, à quibus sit alienissimum, quo-
ad modum tum acquirendi, tum possidendi, tum exercendi, neque e-
nim per vim, sed honestis actionibus acquiritur, non per fraudes, sed
per virtutes sovetur, non coacte, sed liberē suaviterq; exercetur; nam
omne violentum naturæ & voluntati est inimicum; εὐδαιμονία
vero à voluntate quam maximè appetitur; violenta igitur esse ne-
quit, ut satis eleganter super hoc requisitum commentatur Meisn.
in l. s̄epius alleg. p. 88. & tantum de proprietatibus S. B. dictum suf-
ficiat, quæ passim in lib. i. Nicom. à Philosopho recensentur.

Th. VI.

Pergimus ad Disputationis nostræ nucleus & cardinem, sc. ad
essentialē S. B. definitionem; quod proinde melioris intelligentiæ
gratiā considerabimus. Ι. ἡγέρι, Quid se. non sit, & 2. ἡγέρι,
Quid sit: Quanquam autem prolixè hic multa disputantur ab aliis,
nos tamen ut brevitatē studeamus, in compendium omnia redi-
gemus.

Th. VII.

Cicero lib. 5. de finib⁹ & lib. 4. Acad. qq. testatur, de nullâ
quæstione magis homines inter se litigasse, quam de illâ, quâ quæri-
tur, in quā amare summum hominis bonum consistat, quod & Aug. lib.
19. de Civit. D. cap. 19. suo comprobat suffragio, dum Varronem an-
notasse dicit, quod ducentæ octuaginta opinione de hac quæstione
suo tempore nutritæ fuerint. Causam hujus diversitatis Aristoteles
ponit diversitatem generum vitæ lib. i. Nicom. c. 5. quod & Came-
rarius lib. i. Eth. c. 6. indicat. Præ ceteris vero tria genera Philoso-
phus recenset μάλιστα τρεῖς, quibus in fine all. cap. & quartum
subjungit. primum vocat διοκτήσιν, Voluptuarium, delicatum &
molle, quod in suā acropoli excubitores habet (α) Φορέας, homines
molestos & importunos, sic dicti, quod sint inutilia terræ pondera, &
fruges consumere nati. (β) αὐτοκτόνων, i. e. mancipio similes,
quia voluptaribus carnis sese toros consecrant & mancipant. Secun-
dum: Δολιών τρεῖς περικλεῖς, Civile & attuofsum, eorum scilicet,

A 3

qui

qui sunt φιλόπονοι & ut gloriam honoremque consequantur in juvanda & conservanda societate & Reipubl. negotiis administrandis toti sunt occupati: ideoq: Aristoteles illos vocat *xæcicatos*, h. e. *gratiosos*, *politos*, *elegantes*. Tertium: Θεωρητοί, vel speculativum, qui in speculando, vel in vita solitaria felicitatem ponunt; ad quod genus pertinet tum Platonicæ ideæ, tum Stoicorum habitus. Quartum: Σεμιναλισταί ήγειριόντες quæstuosum, eorum sc. qui Σεμιναλισταί ποιον sumnum bonum opinantur. Ex hac diversitate generum vitæ tanquam semper vivâ scaturigine quinque boni species fluunt & derivantur. Quæritur E. An summum Bonum positum sit 1. neque in voluptate, 2. neque in honore, 3. neque in divitiis, 4. neque in virtutis habitu, 5. neque in Idéis platonicis. Affirmamus cum Philosopho lib. I. Nicom. c. 5. *primo*: Non enim consistit in Voluptate, quâ in Voluptuosi locarunt: Ratio prima est: Si enim Voluptas esset sumnum bonum, sequeretur, eam non esse communem homini cum brutis, atqui posterius negare est ἀνταντά: Voluptas enim sensuum delectationem sequitur: Sensus autem utriusque generi sunt communes: jam vero constat ex thesi precedente, sumnum bonum homini esse δικαιοίον, proprium sive domesticum: quod de Voluprate dici nequit. 2. Quicquid est esca serpentis, cicuta virtutis, spuma & sperma Veneris, sentina & tæda orinis turpitudinis, illud summi boni nomen non meretur; Atqui voluptas est esca serpentis &c. E. Assumptio probatur exemplo Alexandri M. Macedonum Regis potentissimi, ut è pluribus unum adducam, quem Phil. Mel. venustissimo hoc Epigrammate adumbrat; inquiens:

Aspice Pellæum Pardum, quo pulchrior alter,

Non fuit in pulchro quem vicerat orbe, nec unquam,

Res similes gessit quisquam brevioribus annis,

Confertos ætate senes, belliq; labore,

Consiliis vicit cunctos in flore juventæ:

Ergo illi nocuere nihil, nec tela nec hostes,

Sed fæda ebrietas & desidia voluptas.

En egregium bonum! quod in nocendo terminatur; Hinc
Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. Ho-

rat. lib. I. Ep. 12.

Dices,

Dices, adductæ hæ rationes tantum loquuntur de voluptate corporis,
non de animi; Rectè; Sed sicut non in corporis voluptate summum
bonum consistere probavimus, ita illud in voluptate animi potius
esse per negamus, hæc potissimum motivatione: Quia nullus esse-
ctus, juxta Placitum Philosophorum, de suâ causâ in casu recto po-
test prædicari; quod n. fit, non est illud, quo fit, inquit divinus Sca-
liger Ex. 9. & 307. l. 18. Atqui voluptas animi est effectus summum Boni. E.
Secundò; Non in honore: Quia 1. Honor magis est honorantis, quam
honorati: Honor n. in honorante est tanquam in materiâ per essenti-
am, & subjectivè; per causam verò & objectivè est in honorato; quo
sensu etiam intelligenda veniunt verba hæc Aristotelis: *donū η λύη*
ἐστις λύως μᾶλλον, η εὐ τῷ λυμαρίῳ. 2. Summum Bonum est
λόγιον ἀρετῆς, Honor autem non propter se, sed propter virtutem
ejusdemq; testimonium expetitur; Gaudent honorati viri ci-
viles *ἴνα μετέωντος εἰσὶς αὐτὸς εἰρηνή.* Tertiò: Non in Divitiis:
Quia 1. nulla in eis comitantia, facile enim possessorum, saevientis ex-
orto turbine fortis, mutant, juxta Poëtam,

Irus & est subito qui modò Cresus erat:
& cum fortuna maximè splendet, frangitur. 2. Non ab hominibus
bonis & virtuosis solum, sed etiam à sceleratissimis possunt possideris;
Summum bonum autem est tantum in bonis & virtuosis. 3. Nun-
quam divitiae propter se expetuntur, sed propter usum, quem habent
in vita humana; Nam

Quid mihi divitiae prosunt, si demperis usum,
Quamvis largus opum, semper egenus ero.
& bene Cicerolib. i. off. Divitiae expetuntur tum ad usus vita necessarios, tum ad perfruendas voluptates, tum propter gratificandi studium, & magnificos apparatus, vitæ cultus cum elegantiâ & copiâ. Quartò: Non in virtutis habitu: Quia 1. summum B. est per-
fectissimum, ut ipsum illius nomen arguit; Atqui virtutis habitui ali-
quid addi potest sc. *operatio.* 2. Habitùs virtutis etiam inesse potest
otioso & dormienti, quibus tamen non competit felicitas. Oppo-
sitivum enim reverâ aliud est à suo opposito; *έργεια* autem Virtutis
& Ignavia sunt opposita. E. Quintò; Non in idea platonica: Si
enim

enim ideam Boni Plato vocavit formam quandam bonorum omnium communem & universalem, per se alicubi existentem, (uti Aristoteles voluit) manifestum est, tamen in ejus contemplatione bonum practicum, quod nos querimus, collocandum non esse. Si vero ideam boni in ipso DEO seu mente tanquam exemplar quodam aeternum, eo quod omnia condita sunt bona, residere existimavit, pie id quidem; veruntamen cum nos practicum, quodque nostro posse acquiri studio, queramus bonum; idem vero contemplatio nec in agendo posita sit, nec nostris viribus acquiri possit, cum humanum DEI cognitio captum superet, per negamus felicitatem in ea consistere: Atque sic planum ac expeditum dedimus, nullam ex hisce enumeratis boni speciebus Summi B. ac perfecti nomine posse insigniri.

Th. VIII.

Hactenus nos circa varias Boni species justo diutius detinimus $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$, nunc ordo doctrinæ & instituti nostri ratio postulat, ut etiam ad thesin transeamus, contemplaturi, quid tandem sit summum Bonum, nostrum practicum in sua essentiâ: $\delta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha\pi\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\tau\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\epsilon\pi\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$. Dicitur autem definitivè à Philosopho: $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\epsilon\pi\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\tau\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\epsilon\pi\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\tau\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\epsilon\pi\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\tau\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$ $\epsilon\pi\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$. Felicitas est operatio anime rationalis, secundum virtutem optimam ac perfectissimam in vita perfecta lib. I. Eth. c. 7. Hanc definitionem rectius intelligemus, si & essentiam summi Boni & ejus accidentia paulo accuratius nobiscum expenderimus. Essentia in definitione per Genus & Differentiam specificam nobis exprimitur: ex iis enim constabit definitio, ex quibus essentia rei: At essentia duobus tantum constat, ut notum est, materia sc. & formâ.

Th. IX.

Genus in definitione data dicitur $\eta\acute{\eta}\pi\acute{\eta}\alpha$, Operatio vel Actio, ut distinguitur ab otio: Eum enim in finem non generati sumus, ut somnum dormiamus Epimenidis, ut orium agamus ignavum, consolentur inertiam, sed ut præclaris & honestis actionibus omne tempus consumamus; unde Cicero lib. 2. de finibus, ut ad cursum eque, inquit, ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad duas res (intelligendum sc. & agendum) natus est, quasi mortalis est; & sicuti

Non

Non tibi per ventos affa columba venit.
ata quoque ad adeptiōem summi boni requiritur sudor & labor, quo
sine nemo unquam civiliter felix, beatusq; dici potest. Hic quāri solet
ab Ethicis. 1. An recte Aristoteles summum bonum in operatione virtutis
collocavit? Sunt nonnulli, qui non recte hoc à nobis affirmari putant,
quod exinde probare nituntur: Quia nullus effectus est præstantior
suā causā, & omne mensuratum & dependens est ignobilius mensurā
& eo, à quo dependet Coll. Connimb. lib. 4. Phys. c. 7. q. 5. art. 1.
Atqui operatio est effectus virtutis: Virtus enim est principium di-
rectionis, per quod actio dicitur recta: E. beatitudo moralis consi-
stere nequit in operatione: Sed ipse Philosophus ad hanc quæstio-
nem respondebat lib. 1. Eth. c. 8. dicens: οὐδὲ αὐτονομία τὸν τύπον
αἰτία τε γένεσις, τὸν τύπον, αἰτία ἀρετῆς εἴη: hoc est, Felici-
tas non in possessione, sed usu virtutis, nequé in habitu, sed in actione
est: Objectionem autem quod attinet, respondeamus; Nullus effec-
tus causā suā toto genere est præstantior, sed tamen in certo ordine
& certo respectu eādem præstantior esse potest, non quidem quā ef-
fectus est, sed quā causā rationem induit, quæigitur pugnant inter
se absolute sumpta, illa optimè consentiunt diverso respectu consi-
derata: Dicimus, virtutes quatenus beatitudinem formaliter pro-
ducunt, eādem sunt præstantiores, quatenus vero à beatitudine tan-
quam ultimo actu terminantur, & perficiuntur, eatenus eādem sunt
ignobiliores. 2. Quæritur: An continua actio & non interrupta
cadere possit in hominem, in quā dicit Aristoteles felicitatem consi-
stere. Resp. Distinguendo inter continuationē actionis numericē
& specificē considerata in; Numericā perpetuitatis homines adhuc in
hac miseriarum valle degentes planè non sunt capaces, quia omnibus
animantibus, somnus competit: Somnus autem actiones animali-
um impedit. E. sed hæc de DE O, Angelis & beatis hominibus tan-
tum dicitur: Proinde statuendum est, Aristotelem intelligere con-
tinuationē specificam, quæ non admittit μετάβασιν à trāmite vir-
tutum in semitam vitoriū, sed tamen à labore respirationem...

Th. X.

Ut autem actio eò melius producatur, statuimus ad illam ne-

B

cessariam

cessariam esse opportunam temporis occasionem, quam virtutis studius non sibi patiatur elabi; Nam

Fronte capitata est posthaec occasio calva.

Hæc verò est ea opportunitas, quâ arreptrâ virtutum actiones commodè subire quimus: Virtus autem est, ut Plautus ait in Perside, ubi occasio admonet, dispicere: Sic apes peragunt opus suum non statim diebus, sed quoties cœli commoditas invitat, ita suo quæque tempore respicienda est commoditas Plin. II. c. 9. Sic & morus novissima omnium germinat, & tamen parit inter primas, ita, quia tempus idoneum operiuntur rei conficiendæ, etiam si serius cœperint, tamen maturius conficiunt. vide apud Ausonium elegans occasionis simulachrum.

Th. XI.

Pergimus in definitionis *ἀνάλογον* ad Differentiam summi Boni specificam, quæ illud ad tria restringit ac determinat. 1. *Quod sit actio animæ rationalis;* 2. *Secundum virtutem perfectam.* 3. *In virtute perfecta.* 1. *Est actio animæ rationalis,* ut distinguitur ab actione corporis, quæ hominibus cum brutorum est communis, non igitur est sentientis, neque vegetantis animæ, quoniam hæc cum plantis, illa cum bestiis communis est, sed rationalis: Non autem ita animæ rationali sic tribuimus illam actionem, ut ad ejus productionem hominem nihil facere autememus: Diligenter enim & accurate distinguenda sunt Principium *Quod summi B. quod est totus homo,* & Principium *Quo,* quod est anima rationalis: quando itaque animæ tantum mentionem facimus, non hominem tanquam Principium adæquatum & completum excludimus, sed principalem causam denotamus. 2. *Est actio secundum perfectissimam virtutem & optimam:* hæc differentia distinguitur ab omnibus aliis actionibus, quæ secundum normam ac obrusum virtutis non formantur: id quod Aristoteles exemplo boni & malii Cytharedi concinne admundum declarat lib. I. Nicom. c. 7. Quæ autem virtus illa sit, nondum inter Ethicos convenit: Alii Justitiam, alii Sapientiam, alii Prudentiam putant; Nos, ut lis aliquo modo lopiatur, dicimus, virtutem perfectam hic notare *ανάλογην* seu collectionem & complexum omnium virtutum; quoniam igitur Justitia in sece virtutes continet omnes, non inficiamur, per virtutem

tem

tem hanc perfectam intelligi justitiam (sc. universalem.) Notetur
in hac differentia, perfectionem virtutis aliam esse formalem, aliam fi-
nalem; illa vocari consuevit perfectio graduum, quam virtutis per-
fectio habere tenetur, si causa rationem summi Boni velit induere:
Hec est continuata actionum ex virtute proficiscentium perpetuatio:
Sicut enim una Hirundo non facit Ver., ita nec una actio habitum pa-
rit Arist. lib. 1. Eth. c. 7. 3. *In virtute perfecta*, ubi intelligitur Perfectio
1. *Etatis*, quae maturam etatem denotat, in qua judicium sit confir-
matum; Ut enim Homo respectu corporis tum deum perfectus
dicitur, quando sibi simile generare potest; sic ratione animi vitam
perfectam tum vivit, quando confirmatum judicium habet, & secun-
dum virtutem agere potest; 2. *Temporis*, quae & durationis dicitur,
de qua in antecedentibus. Non hic sicco pede praetendere possumus
questiōnē illam, quā queritur, An summum bonum cadat in pue-
ros & bestias! Affirmativam qui vellet tueri sententiam, pro se hanc
in modum posset argumentari: Omnis actio fit propter finem; At
qui pueri & bestiae agunt. E. propter finem &c. Nos dicimus 1. In be-
stias nullo modo cadere summum B, quod ex ejus definitione manife-
stum evadit; Est enim ἀρεγέντης Ψυχῆς οὐ ταῦτα; nisi igitur ani-
mam rationalem bestiis competere dicas, necessario summi Boni il-
las capaces esse negabis. Nec cadit 2. in pueros sc. ratione actus;
cadit tamen ratione διώκεως; quamvis enim usu rationis plenario
carent, non tamen ratione prorsus desituuntur: negato enim actu
secundo, non statim negatur actus primus. Hinc Aristoteles lib. 1.
Eth. c. 10. scribit, Αἱ τούτη εἰπίδαι υγείας ἀνεγενέσθαι, felices sunt (pueri)
in spe, non in re: Summa: propter ηλικίας ἀνεγενέσθαι non sunt felicitas
participes: Affirmativam sententiam quod attinet, respondemus
ad illam objectionem, concedendo totum Syllogismum: At inde
non sequitur. E. cadit felicitas in pueros & bestias: Aliud enim est
finis, aliud felicitas.

Tb. XII.

Sic membratim evoluta definitione summi B. paululum dis-
seremus nunc de ejus causā effidente, antequam ad ejus accidentia pe-
dem promoveamus. Cum enim effectus est κατόπιν ταῦτα, incum-
bit etiam nobis causam ejus considerare. B 2 Causa

Tb. XIII.

Causa efficiens summi B. alia est *Remota*, alia *Propinqua*; *Remotam* dicimus esse *DEUM*. Sicuti enim omnia bona à DEO originem ducunt, teste Jacobo i. ita quoque summum nostrum B. morale à DEO proficitur. 2. Quicquid bonorum est optimum id non potest non nisi à solo DEO promanare: Nobilissimus enim effectus nobilissimæ cause adscribendus: Atqui felicitas omnium bonorum est optimum, & præstantissimum. E. Arist. l. d. *Propinquæ Causa* est *Virtus*, quia felicitas definitur per operationem animæ secundum virtutem. Ergo Virtus est ejus causa efficiens, & quidem proxima, alias definitionem ejus non ingredieretur. Ex hisce dictis liquet & *τύπλον* est summum Bonum seu Felicitatem non dependere à *Fortuna*: Fortuna enim quomodo summi Boni tanquam effectus nobilissimi causa esse potest, cum sit omnium causarum ignobilissima: Addimus, si à fortuna dependeret felicitas moralis, non posset esse finis Philosophie practice, Atqui posterior est absurdum. E. & prius: Connexio probatur; siquidem de hac certa aliqua tradi possunt præcepta, de illa minime, cum in potestate nostra non sit posita.

Tb. XIV.

Tantum de summi Boni essentiâ dictum sufficiat, nunc progressum facimus ad ejus *accidentia*, quæ quidem ad constitutionem summi boni non concurrunt, (quicquid enim posterius, illud nihil confert ad essentiam rei. Scalig. Exerc. 5. sect. 1.) Atqui accidentia summo Bono sunt posteriora E.) ad existentiam tamen ejus, ornatum ac splendorcm sunt pernecessaria.

Tb. XV.

Sunt autem vel *Interna*, vel *Externæ*: *Interna* sunt vel *Animi* vel *Corporis*; *Animi*; ut Bona Conscientia, qua est indubitatum iudicium & recordatio de recte cogitatis, dictis & factis cum iure divino & humano certo & indubitate consentientibus; quam comitantur tranquillitas animi & laetitia cordis; Hujus descriptionis *Conscientiae Bonæ* *ανάλυσις* vide apud Witzendorf. in libello suo Eth. p. m. 15.

Tb. XVI.

Naturam *Conscientiæ* tam bonæ quam malæ, quanquam ex data

data definitione satis licet perspicere, tamen ut bonam semper servemus, malam vero cane pejus & angue fugiamus & declinemus, paucus de ea notanda duximus. I. Conscientia magna vis est, inquit Cicero in Orat. pro Milone, in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & poenam semper ante oculos versari putent, qui peccaverint, quod & testatur Ovidius lib. 5. Fast. dicens:

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra-

Pectora pro facto spemq; metumq; suo.

II. Bona quidem Conscientia grande est bonum, contra omnium enim insultus nos laetos reddit ac intrepidos: unde Bias interrogatus; quænam res in vita metu careret; Respondit, Bona Conscientia; scilicet. — — — Hic murus aheneus esto,

Nil conscire sibi nullà palleseere culpâ.

Hæc optimus hominis thesaurus est & juge Convivium: Quærit Mantuanus.

Cur tibi tam lcvis est, cur tam jucunda senectus?

Resp. Libera quod vitiis tota juventa fuit.

III. Econtra, Mala Conscientia est maxima Poena.

— — — multo sævior illis

Quas aut Cæditius gravis invenit, aut Rhadamanthus

Nocte dieq; suum gestare in pectore testem: Juv. Sat. 13.

Oedipus Rex Thebanorum ira secum perpetuo ratiocinabatur: Qui committit incestum & parricidium, committit rem turpem, & poena dignam: Tu commisisti incestum & parricidium. E. tu commisisti rem turpem & poenam dignam: Syllogismum hunc tantus sequitur dolor, ut ipse sibi erueret oculos. Sic Judas proditor Salvatoris secundum οὐειδῆς (habitum illum actualem, quo principiis operationum assentimur) argumentabatur: Prodere sanguinem innocentem est maleficium; Ego prodidi sanguinem innocentem (οὐειδῆς) Ergo male feci: Hunc Syllogismum iterum iterumq; proponebat, tandemq; seipsum strangulabat: Et quid multis præferant hi homines, quibus hic vultus conscientia jecur immortale rodit, faciem quandoq; hilarem & laetam; Atqui interim non absimiles sunt statuis, quæ foris auro obductæ, intus graneis & inaniis op-

plentur; Neque absimiles pomis, quæ specie pulcherrima nascuntur
ad mare mortuum, si vero aperiantur, fumum exh. lant & in cine-
rem ac pulverem satiscunt: Neque enim fieri potest, ut is, qui in vi-
tiis & deliciis versatus & jaclatus fuerit, vere latrari possit, scilicet

Fataliter angor.

Omne nefas sequitur, nec habet mens conscientia pacem.

Et bene Juv. Sat. 13.

Exemplo quocunque malo committitur, ipsi
Displacet Autori; Prima est hæc ultio, quod se
Judice nemo nocens absolvitur, improba quamvis
Gratia fallacis Prætoris viceret urnam.

Ib. XVII.

Circa Conscientiam tam *ψυχῆς*, quam *εἰδήσεως* considerata
quæri solet à Philosophis: Quorsum illa specter, an ad intellectum,
an vero ad voluntatem? Nodum hujus questionis optimè dissolve-
mus, si prius accuratè dispexerimus, Quid sit Intellectus; quid iti-
dem Voluntas: Nos talem intellectus definitionem ponimus: In-
tellectus est facultas mentis, quæ intelligimus & ratiocinamur tum
propter cognitionem, ut res vere cognoscatur, tum propter actionem,
ut agat & efficiat id, quod bonum esse intelligit; Hæc intellectus de-
finitio duplicem dari intellectum suggestit: Theoreticum, qui tan-
tum intelligit ut cognoscatur; Practicum, qui ratiocinatur & intelli-
git, ut efficiat & agat. Voluntas definitur, quod sit facultas animæ
rationalis, quæ homo ea, quæ ab intellectu apprehensa & dijudicata
fuerunt, vel sub ratione boni apprehendit, vel sub ratione mali aver-
satetur & fugit Mag. lib. 1. Phys. c. 20. theor. 2. Hisce prænotatis di-
cimus: Non pertinere Conscientiam ad intellectum theoreticum:
Hic enim tantum intelligit propter cognitionem: Conscientia vero
est *τὸν μεγίστου*: sed ad intellectum practicum, quia consistit Con-
scientia in scientiæ applicatione ad opus vel factum vel faciendum.
Spectat etiam ad voluntatem, quoad cùm actum primum, tūm actum
secundum: priori modo Conscientia non tantum est intellectus pra-
etifici, sed gaudet etiam aliquā voluntatis inclinatione, quæ principiis
practicis nobis innatis correspondet: Ut enim mens honesta pre-
scribit, sic voluntas quodammodo ad illa inclinat: posteriori modo
pertinet

pertinet etiam ad voluntatem, tum ante, tum post factum: Ante, quando in specie voluntas inclinat ad agendum, ut mens præscribit. Post, quando voluntas detestatur factum, & mordere incipit. Vide Meisnerum in dissert. de S. B. c. 3. Art. 1. quæst. 2. ubi fasius hac de re disserit, quemq; nostræ sententia; fundamentum nobis præbuisse fatemur.

Ib. XVIII.

Corporis bonum est Sanitas Arist. Ib. 10. Nic. c. 8. quæ hic etiam maximè requiritur: habet enim rationem organi & instrumenti ad consecutionem S. B. necessarii: in quam sententiam Cicero recte inquit; *Op' est te corpore valere, si animo velis: Et præstantissimi Fer- nelli sententia memoratu digna est: Maxima Pars felicitatis est bene- nasci, hoc est, nasci bono temperamento & sano corpore: Mores enim animi sequuntur temperamentum corporis* inquit Galenus; Metro veteri ferebatur.

Quid sanitatem vita habet præstantius,
Recte valere res est iucundissima.:
O sanitas nobis bonum tu maximum es,
Monile nullum sanitatem gratius.

Summatim: Si ventribene, filaterie est, pedibusq; tuis, nil

Divitiæ poterunt regales addere in auctoritate. Hor. lib. 1. Ep. 12.

Ib. XIX.

Externa bona felicitatem comitantia sunt Bona Fama, Honor, tum rerum aliarum sufficientia: Bona fama est recta aliorum de nobis existimatio propter virtutem mediocrem & atrocium scelerum immunitatem. Honor est testificatio opinionis nostræ de aliquo virute aut dignitate extrinis signis declarata. Plura de Honore vide apud Piccol. gr. 8. c. 24. 25. 26. &c. De bona fama hie nota, I. quod inter felicitatis partes numeretur ab Aristotele lib. 1. Rhet. ad Theodocte. c. 5. Plutarchus item in præceptis Reipublicæ gerendæ dñct, præclaram existimationem tendentibus ad Rem publicam esse ventum secundum, neque gloriam contemnendam: Prout neglige, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed & hominis dissoluti, ut Cic. 2. off. scribit: Etenim contemptu famæ etiam virtutes contemnuntur. Tacitus. II. Hæc non aquiritur, nisi perpetuo

perpetuo tenore virtutis studeamus, quam gloria, ut corpus umbra, sequitur: Sapienter enim & eleganter monet Epictetus: Si bene vis audire, discito bene loqui, & cum loqui didiceris, recte facere conatur: hoc enim modo bona fama acquiritur: Socrates hanc comprehendariam viam ad gloriam esse dicebat; si quis id ageret, qualis haberet vellere.

Tb. XX.

In rerum aliarum sufficientia occurunt Amici & Divitiae; de quibus hic prolixius agere nolumus: Sufficit indicasse, summum Bonum morale illis splendide ornari;

Crenam igitur hic sigimus & Disputationi nostræ de S. B. finem imponimus, rogantes DEUM regnorum, ut Spiritu suo S. in via virtutis nos ita regat & ducat, ut non tantum temporariam sed & æternam, nec unquam desitaram feliicitatem tandem in ejus regno consequamur: nam Omnes in trivio sumus, atque hoc tramite vita Fallimur, ostendas nî DEUS ipse viam.

—
Ut hujus paginae facies compleatur, libuit nonnulla Litterarum & Miscellanea Corollarii loco Disputationi nostræ subnectere.

QI. An id, in quod voluntas nostra & appetitus fertur, semper rationem Boni habeat? *Aff. Ratio inter alias dari potest talis: Quia nemo appetit sui destructionem.*

II. An mores animi temperamentum corporis sequantur? *Affirmamus cum distinctione, quam in discursus progressu contrarium propugnanti dabimus.*

III. An Logica possit dici Pars Philosophiæ? *N.*

IV. Quando in definitione Metaphysicæ dicitur, *Metaphysica est sapientia de Ens, quatenus Ens est; quæritur, utrum hæc verba, quatenus Ens est, specificative, an reduplicative sint intelligenda? Nos affirmamus prius.*

T A N T U M.

Qui



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730217124/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217124/phys_0023)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730217124/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730217124/phys_0024)

DFG

data definitione satis licet perspicere, tamen ut bona-
mus, malam vero cane pejus & angue fugiamus & de-
de ea notanda duximus. I. Conscientia magna vis est
in Orat. pro Milone, in utramque partem, ut neque
hilcommiserint, & poenam semper ante oculos ver-
peccaverint, quod & testatur Ovidius lib. 5. Fast. di-

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipi
Pectora pro facto spemq; metumq; si

II. Bona quidem Conscientia grande est bonum, c-
nim insultus nos laetos reddit ac intrepidos: unde
quænam res in vita metu careret; Respondit, Bona
licet — — — Hic murus aheneus esto.

Nil conscire sibi nullà pallere seere culpâ.
Hæc optimus, hominis thesaurus est & juge. Con-
Mantuanus.

Cur tibi tam lcvis est, cur tam jucunda sen-
tientia? Resp. Libera quod vitiis tota juventa fuit.

III. Econtra, Mala Conscientia est maxima Poena
— — — multo sævior illis

Quas aut Cæditius gravis invenit, aut Rha-
noëte dieq; suum gestare in pectore teste

Oedipus Rex Thebanorum ita secum perpetuo ra-
committit incestum & parricidium, committit re-
na dignam: Tu commisisti incestum & parricidiu-
misti rem turpem & poenâ dignam: Syllogismum
batur dolor, ut ipse sibi erueret oculos. Sic Judas
ris secundum οὐρανὸν (habitum illum actualem
perationum assentimur) argumentabatur: Prod
nocentem est maleficium; Ego prodidi sangu-
(σωματος;) Ergo male feci: Hunc Syllogismum
proponebat, tandemq; seipsum strangulabat: Et
ferant hi homines, qnibus hic vultur conscienti-
rodit, faciem quandoq; hilarem & laetam; Atque
miles sunt statuis, quæ foris auro obductæ, intus:

B 3

